

AÑO II.

Lunes 2 de Diciembre de 1901.

NÚM. 24



## BOLETIN ECLESIÁSTICO

DEL

Obispado de Astorga.

SUMARIO.—Publicación de la Santa Bula.—Bendición papal.—Asociación sacerdotal de Sufragios, (continuación).—S. Rituum Congregationis Decreta Novissima.—Disposiciones legales sobre las procesiones.—Comisión de Capellanías y fundaciones piadosas del Obispado de Astorga.

## OBISPAZO DE ASTORGA

El Emmo. y Rvmo. Sr. Comisario Apostólico General de la Santa Cruzada, se ha servido dirigirnos el siguiente despacho:



## “CIRIACO MARÍA, POR LA MISERICORDIA DIVINA,

*del título de San Pedro in Montorio, in urbe, de la Santa Romana Iglesia, Presbítero Cardenal Sanchay Hervás, Patriarca de las Indias Occidentales, Arzobispo de Toledo, Primado de las Españas, Capellán mayor de S. M., Vicario General de los Ejércitos nacionales, Caballero del Collar de*

*la real y distinguida Orden de Carlos III y condecorado con la Gran Cruz de Isabel la Católica, Senador del Reino, Comisario general Apostólico de la Santa Cruzada, etc., etc.*

**A VOS NUESTRO VENERABLE HERMANO EN CRISTO PADRE**  
**Excmo. é Ilmo. Sr. Obispo de la Diócesis de Astorga.**

*Salud y gracia en Nuestro Señor Jesucristo.*

Por quanto la Santidad de León XIII, que felizmente rige la Iglesia, se dignó prorrogar, con fecha diez y siete de Mayo de mil ochocientos noventa, por el tiempo de doce años la Bula de la Santa Cruzada, y con fecha doce de Abril de mil ochocientos noventa y siete por diez años la del Indulto Cuadragesimal, bajo las bases de que el producto de la primera se había de destinar á las atenciones del culto divino, y el de la segunda á obras de caridad y beneficencia, y que los señores Obispos fuesen administradores natos, sin dependencia alguna laical, en sus respectivas Diócesis.

Por tanto, daréis las disposiciones que creáis convenientes para que en vuestra Iglesia Catedral sea recibida dicha Santa Bula y publicada con la solemnidad que corresponde á cuyo objeto os remitimos el adjunto Sumario de las facultades, Indulgencias y privilegios otorgados por aquella concesión apostólica. Asimismo dispondréis que los Sres. Curas párrocos de vuestra Diócesis hagan la predicación en el tiempo y forma que sea de costumbre, y para que las personas que nombrareis para la expedición de Sumarios y colectación de limosnas se arreglen á las instrucciones que les diéreis.

La limosna que está señalada para cada clase de Sumarios es la que en los mismos se expresa, y que deben satisfacer las personas que los tomaren, según sus categorías sociales y renta de que disfruten, quedando derogados cualquier privilegio ó costumbre en contrario. Por la Bula de Ilustres, *cuatro pesetas cincuenta céntimos*. Por la común de Vivos, *setenta y cinco céntimos de peseta*. Por la de Difuntos, *seventa y cinco céntimos de peseta*. Por la de Composición, *una peseta quince céntimos*. Por la de Lacticinios de primera clase, *seis pesetas setenta y cinco céntimos*. Por la de segunda clase, *dos pesetas veinticinco céntimos*. Por la

de tercera, *una peseta quince céntimos*. Por la de cuarta clase, *cincuenta céntimos*. Por la de Indulto cuadragesimal de primera clase, *nueve pesetas*. Por la de segunda clase, *tres pesetas*. Por la de tercera clase, *cincuenta céntimos*.

Dado en Toledo á diez de Noviembre de mil nuevecientos uno.  
—EL CARDENAL SANCHÁ, *Comisario General Apostólico de la Santa Cruzada*.—Por mandado de Su Emcia. Rvdma., *El Comisario General de la Santa Cruzada*, LIC. PEDRO CADENAS Y RODRÍGUEZ, Canónigo, *Secretario.*»

En su virtud, venimos en disponer que se publique y sea recibida la Santa Bula en nuestra Santa Apostólica Iglesia Catedral y en las parroquiales del Obispado en el día y con la solemnidad y ceremonias de costumbre. Al efecto los Sres. Párrocos y encargados de la cura de almas procurarán invitar á las Autoridades locales á que contribuyan con su asistencia al mayor esplendor del acto y explicarán á los fieles las copiosas gracias y privilegios que por la Santa Bula se digna conceder Su Santidad á los católicos españoles, haciéndoles ver la necesidad de que cada uno tome los sumarios que sea preciso. para corresponder á tan señalada distinción y aprovecharse de dichas gracias y privilegios en bien de sus almas.

*Astorga 21 de Noviembre de 1901.*

*Vicente, Obispo de Astorga.*

---

### BENDICIÓN PAPAL.

Nuestro. Excmo. y Rvmo. Prelado celebrará, Dios mediante, Misa Pontifical en la Sta. A. l. Catedral el día 8 de Diciembre, fiesta de la Inmaculada Concepción.

ción, después de la cual dará solemnemente la Bendición Papal, mediante la cual los fieles debidamente dispuestos con los Santos Sacramentos de la Penitencia y Sagrada Comunión podrán lucrar la Indulgencia Plenaria.

---

## ASOCIACIÓN SACERDOTAL DE SUFRAGIOS.

### Relación de los Sres. Sacerdotes asociados

(CONTINUACIÓN)

#### *Arciprestazgo de Cabrera Baja.*

D. Toribio Fernández Morán, coadjutor de Sotillo.—don Francisco Fernández Morán, economo de Castro.—D. Saturnino Alejandro Vázquez, economo de Santalavilla.—D. Angel Arias, párroco de Trabazos.

#### *Arciprestazgo de Villafásila.*

D. Fernando Blanco, párroco de Milles.--D. Manuel Ruiz, párroco de Manganeses.—D. Antonio del Pozo, coadjutor de id.—D. José García Montaña.—coadjutor de Arcos.—D. Lopoldo Rodríguez, presbítero de Bretó.

#### *Arciprestazgo de Carballeda.*

D. Alejandro Blanco, economo de Villardeciegos.—D. Gaspar Arce, párroco de Otero de Bodas.

#### *Arciprestazgo de Viana.*

D. Mateo Fernández, coadjutor de Santa Marina del Puente.

#### *Arciprestazgo de Ribera de Urbia.*

D. Juan Bautista Calvo Rubial.

---

## S. RITUUM CONGREGATIONIS DECRETA NOVISSIMA

### I

1. Sacrista, vel Acolythus, nequit media cordulæ distensione, aut relaxatione SS. Sacramentum in tabernaculo expositum discooperire aut velare.
2. Nequit SS. Sacramentum ante Missam exponi ac velari, et post *Aufer a nobis*, ut dictum est supra, ostendi et thurificari.
3. Diaconus in Missa solemni librum Evangeliorum *in medio altaris* collocare debet.
4. Post S. Sanguinis sumptionem, ablutio statim sumenda est, etiamsi reliquiæ nonnulæ maneant in calicæ.
5. Subdiaconus, post Epistolam benedictionem a Celebrante recipere debet ante eum genuflexus in suppedaneo, e cornu Epistolæ, Aram habens a dextris.
6. Etiam Sacramento exposito, Celebrans et Ministri ad sedendum accedent per breviorem.
7. Nisi constet de Indulto, post Constit. Apost. an. 1898, nequit cantari Missa *Salve radix*, singulis in Sabbatis, ubi adest Sodal. SS. Rosarii.
8. Extra necessitas casum, non licet uti instrumento ad ungendos infirmos, aut pueros in baptismo.
9. Relinquitur Ordinarii placito Vesperas secunda vel prima hora nocte canere, in casu especiali.
10. Altare Sepulcri non debet esse Altare maius, in eoque non sunt apponenda ostensoria, etc., ad ornatum.
11. Acolythus ad elevationem thurificare nequit e parte Evangelii.
12. Quando chorale officium non persolvitur, non prohibetur plures Missæ cum cantu, de eodem Sancto vel mysterio.

### COLIMEN.

Rmus. D. Iosephus Amator Velasco, Diœceseos Colimen. Vicarius Gubernator, Sacrorum Rituum

Congregationi sequentia dubia enodanda humillime proposuit; nimirum:

I. Variis in Ecclesiis Dœceseos Colimen. tam inde ab immemorabili tempore mos viget, iuxta quem in expositione SS. Eucharistiæ Sacramenti velum extensum in tabernaculo expositionis plicatur; et ipsum in repositione explicatur, media cordulæ cuiusdam distensione in expositione, aut relaxatione in repositione; quæ omnia a sacrista vel acolythro peraguntur; quæritur; An continuari possit hæc praxis?

II. Item, 'moris est, ante Missam solemnem, post cereos acceſſos, in throno expositionis ostensorium cum SSmo. Sacramento collocare, super quod velum explicatur ad cooperiendum, donec, vel incepta Missa, et *Aufer a nobis* dicto, Sacerdos thurificat: in cuius thurificationis actu, prævia eiusdem veli plicatione, ut dictum est, expositio absque ullo cantu fit. Hujusmodo usus probandusne est?

III. Rubrica dicit: ...*delato etiam per Diaconum libro Evangeliorum ad altare;* hæc verba ad altare interpretandane sunt *in medio altaris?*

IV. Post sacrosancti sumptionem Sanguinis et ante ablutionem, quædam consecrati vini particulæ in calice manent; quæritur: an in casu ablutio sumenda sit, vel iterum admovendus sit calix ori celebrantis, ut cæ reliquiæ Sanguinis singillatim sumantur?

V. Ubinam genuflectere debet Subdiaconus, ut Celebrans eum bennedicat, post cantatam Epistolam, an inter aram et Celebrantem in suppedaneo, an potius inter parietem et ipsum Celebrantem in piano?

VI. Cum Rubricæ dicant, quod Celebrans et Ministri in Missa solemni pergere debent ad sedendum per breviorem, an permitti possit in Missa cum

Sanctissimo Sacramento exposito per longiorem recedere in eundo ad sedilia?

VII. Quadam in Ecclesia huiusce Dioceseos, ubi sodalitas SS. Rosarii canonice est erecta, per sabbata singula, uno d<sup>e</sup>mpto, scilicet sabbato maioris Hebdomadæ, Missa *Salve, radix sancta* canitur. Quæritur: an locum habere possit hæc Missa in omnibus sabbatis, post Constitutionem Apostolicam *Ubi primum*, sexto nonas Octobris anno 1898 editam?

VIII. Servarine licebit consuetudo instrumento quodam utendi ad ungendos infirmos; similiter et pueros baptizatos, quamvis periculum contagionis non adsit?

IX. Licetne canere Vespertas secunda vel prima hora noctis, atque in illis Sanctissimum exponere, ea de causa scilicet, quia Ordinarius permittit expositionem in Vesperis?

X. An tolerari possit Feria V in Cœna Domini altare maius Ecclesiæ Sepulcri altare esse; necnon in ipso altari Sepulcri ostensoria, calices et ciboria ornati causa exponere?

XI. Quum Diaconus a cornu Epistolæ Sacerdoti assistat ad elevationem, permittine potest acolytho Sanctissimum a parte Evangelii thurificare?

XII. Quando Ecclesia Cathedralis officium choralę non persolvit, quia Capitulo caret, plures Missæ eadem die et de eodem officio cantarine possunt?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis Liturgicæ, omnibus accurate perpensis, ita rescribendum censuit:

Ad I et II: *Negative.*

Ad III: *Affirmative seu in medio altaris.*

Ad IV: *Servetur Rubrica Missalis.*

Ad V: *Affirmative* ad primam partem<sup>1</sup> *Negative* ac secundam.

Ad VI: Serventur Rubricæ.

Ad VII: *Negative*, nisi constet de Indulto.

Ad VIII: Servetur Rituale Romanum, et dentur Decreta num. **3051**, *Portus Aloissii*, 9 Maii 1857, ad II<sup>2</sup>, et num. **3276**, *Toletana*, 31 Augusti 1872, ad I, III et IV<sup>3</sup>.

Ad IX: Pro prudenti Ordinarii placito.

Ad X et XI: *Negative*.

1. Subdiaconus igitur benedictionem post Epistolam a Celebrante accepturus, genuflectere debet in suppedaneo, non in plano, neque in gradu inferiori ante Celebrantem ipsum, qui ad eum parumper convertitur, et ante ipsam Aram, quae ad dexteram eiusdem Subdiaconi manet. Hoc animadvertisse iuvabit, eo quod verba in dubio allata *inter Aram et Celebrantem*, non sunt accipienda stricto sensu, quasi deberet Celebrans se retrahere ad locum Subdiacono suppeditandum, sed quasi dicent infra angulum a Celebrante et Altari efformato.

2. «II Circa Extremæ Unctionis administrationem Libellus inscriptus: Ordo administrandi Sacraenta ex Rituali Romano extractus, et Episcoporum in Anglia adhibendus, dicit: *Intincto stilo vel pollice in Oleo Sancto*, etc. Quam vero Theologorum non una sit sententia circa consuetudinem adhibendi stilum in hac Sacra Unctione, et Theologi ipsi concludant, quod quisque sequatur usum Ecclesiae suae; quaeritur: Utrum in Dioecesi ista Portus Aloisii in qua invaluit usus stilum seu virgulam argenteam adhibendi in administratione Extrema Unctionis, usus ipse tuto continuari possit? *Rep.: Negative, excepta necessitatis causa.*»

3. «I. Attenta praxi communi et perantiqua utendi penicillo seu virgu'a argentea in administrando Baptismi Sacramento in Ecclesia, loco pollicis manus dexteræ, abolenda ne erit hiustodi consuetudo, utpote contraria Rituali Romano? *Resp.: Affirmative, excepta necessitatis causa, iusta Decr. S. R. C. in una Portus Aloisii, d. 9 Maii 1857, ad II.*»—«III. Utrum possit continuari consuetudo administrandi sanctum Sacramentum Extremæ Unctionis, utendo penicillo seu virgula argentea, generaliter et extra casum necessitatis, loco pollicis intincti in Oleo Sancto, inxta praescriptum in Rituali Romano?»—«IV. An predicta praxis servari liceat extra casum necessitatis, saltem quando Unctio Extrema ministratur sine populi concursu? *Resp. ad III et IV: Provisum in primo.*

Ad XII: *Affirmative*, iuxta Decretum num. **3921**,  
diei 30 Junii 1896<sup>1</sup>.

Atque ita rescripsit, die 12 Iulii 1901.

D. Card. FERRATA, *Præf.*

L.  S.

D. PACINI, Archiep, Laodicen., *Secret.*

---

II

1 Consuetudo, qua populum ab Altari benedit Sacerdos superpelliceo et stola indutus, servari potest.

2 Si Missa de requie etiam lecta Matutinum sequatur, absolutiones faciendae sunt post Missam.

3 Ps. *De profundis*, etc., post absolutionem recitari debent in reditu ad Sacristiam.

4 Servari potest consuetudo thus adhibendi in exequis de sero persolvendis.

5 Feria VI in Parasceve per Celebrantem, Lignum seu Reliquia S. Crucis aut imago Crucifixi discooperiri potest est debet.

6 Post Missam Praesanctificatorum removenda sunt ornamenti Altaris *Sepulcri*.

7 *¶. Dominus vobiscum* omittendus est ante Orationes, quæ dicuntur post Litanias B. M. V., exposito vel non Sacramento: item post Hymnos Sanctorum iuxta Rituale Romanum.

VICENTINA

Hodierius Magister Cæremoniarum Diœcesis Vicentinæ, de consensu, Rmi. sui Episcopi sequentium dubium solutionem a Sacra Rituum Congre. humillime postulavit nimirum:

... «Plures Missas de eodem Sancto vel Mysterio in eadem Ecclesia prohibitas, illas esse quae, praeter Conventualem nunquam in Collegiatis Ecclesiis omittendam, in officiatura chorali concinuntur, vel aliquam cum eadem relationem dicunt. Quapropter praefatas Missas sive ad petitionem viventium, sive ex fundatione, dummodo ante vel post absolutum chorale Officium, ac sine ulla cum eo relatione concinantur; non esse veritas.»

I. Potestne servari consuetudo, qua sacerdos superpelliceo et stola indutus post Litanias et preces ad altare recitatas, ascendit super gradus altaris et benedicit populum signum crucis super illum formans, his verbis: «Benedictio Dei omnipotentis, etc.» uti fit post communionem datam fidelibus extra Missam?

II. Absolutiones ad tumulum suntne faciendæ immediate post Matutinum, si Missa de Requie, ritu permittente, sit potius lecta quam cum cantu?

III. Psalmus *De profundis* cum versiculis et Oratione post absolutionem ad tumulum recitandus debetne persolvi in Sacristia an in Choro ante altare maius?

IV. Plerumque in civitate efferuntur cadavera sub vesperas In Ecclesia preces exequiales persolvuntur super iisdem antequam terræ tradantur. Estne adhibendum thus circa feretrum, uti fieri solet quando exequiæ post Missam peraguntur?

V. Feria sexta in Parasceve, post orationes, debetne per celebrantem discooperiri Lignum seu reliquia S. Crucis, vel imago Crucifixi?

VI. Utrum post Missam Præsanctificatorum removenda sint ornamenta Altaris in quo SS<sup>m</sup> Sacramentum Feria quinta præcedente fuit reconditum?

VII. Consuetudo hic viget dicendi. *v. Dominus vobiscum*, ante orationes, quibus Litaniæ B. M. V. vel hymni in Sanctorum honorem cuncluduntur coram SS. Sacramento publice exposito; cum non immediate, sed post cantum *Tantum ergo* et orationem *Deus, qui nobis*, detur benedictio cum eodem, potestne talis consuetudo servari?

Et Sacra eadem Congregatio, referente subscripto Secretario, exquisito voto Commisionis Liturgicæ, ita respondendum censuit:

Ad I: Attenta consuetudine, *Affirmative*, iuxta.

decretum n. **2745**, Veronen., 27 Augusti 1836, ad 4.

Ad II: In casu fiant post Missam de Requie sive lectam sive cantatam.

Ad III: Servetur Rituale Romanum.

Ad IV: Si adsit consuetudo, servari potest.

Ad V: Alterutrum fieri posse et debere.

Ad VI: *Affirmative.*

Ad VII: Stetur decretis, præsertim n. **1265**, *Grattem.*, 16 Junii 1663, ad 7; n. **1548**, *Salernitana*, 28 Septembris 1675, et n. **3751**, *Bobien.*, 20 Novembris 1891.<sup>1</sup>.

Atque ita rescripsit, die 20 Augusti 1901.

D. Card. FERRATA, *Præf.*

† D PANICI, Archiep. Laodicen. *Secret.*

L. ✠ S.

---

1 Decr. **1265**. «... VII. An in festo Corporis Christi, in reponendo Ssmo. Sacramento, servanda sit dispositio Cæremonialis Episcoporum quoad Orationes, vel potius Ritualis Romani, ubi dicitur, addi: *Dominus vobiscum?* R. ad 7: Servando est dispositio Cæremonialis Episcoporum l. 2. cap. 33 vers. *Quo facto*, ubi nulla fi mentio de versu *Dominus vobiscum*, sed iubentur tantum post v. *Panem* etc. et r. *Omnem delectamentum*.., cantari Orationem. Et sic servat in Urbe SS. Dominus N., quod servetur ab omnibus quidquid alii in contrarium asserant.»

Decr. **1548** idem repetit, iisdem fere verbis.

In Decr. **3751** quaeritur: «I. An ante orationem post Litanias, dicto v. *Ora pro nobis*, etc. dicendi sint vv. *Domine exaudi...* et *Dominus vobiscum?* Et II, an in casu affirmativo, cum talis sit praxis universalis, si in aliqua paroecia hi vv. adiicerentur, possit Epus. praecipere ut tantum v. *Ora pro nobis* etc. dicatur? III. Tenendum ne est tamquam norma generalis, quod versiculi *Domine exaudi etc.* et *Dominus vobiscum* praemittendi sint orationi, iis tantum in casibus, in quibus Rituale Romanum illos prescribit?

Ad quae tria S. Cong. resgondit: *Servetur Rituale Romanum.*

Animadvertisendum, quod in novissima editione typica Ritualis Romani, loco citato fuit ablatus v. *Dominus vobiscum*, ideoque cum Cæremoniali Episcoporum concordat.

Duo priora Decreta respiciunt versum *Dominus vobiscum* inmediate ante Orationem SSmi. Sacramenti, et ante benedictionem; et casus respiciebat

III

1 In anniversario Episcoporum prima ex Missis pro Defunctis dicenda est, cum unica Orat. propr.; item in annivers. Episcopor. et Canonicor; in anniversario Canonicorum Missa de anniversario, vel ad libitum, cum unica Orat. propr.

2 In occurso diei octavæ B. M. V. cum festo dupl mai Eiusdem agendum est de die octava,

UTINEN

Reverendissimus Dominus Philippus Mander Canonicus Cathedralis Utinen., de consensu sui Rmi. Archiepiscopi, sequentia dubia S. Rituum Congregatini pro opportuna solutione humillime exposuit, nimirum:

I. In anniversario Episcoporum et Canonicorum quotannis in Cathedralibus ex praescripto Cæremon. Episcoporum. Lib. 2, Cap. 37, infra octavam defunctorum celebrando. quaenam Missa, ex diversis pro defunctis in Missali notatis usurpanda est, et quot Orationes in eadem dicendae sunt?

II. An occurrente die octava alicuius Festi B. M. V. cum altero Festo mobili eiusdem B. M. V. ritus duplicitis maioris. agi debeat de die octava translato Festo mobili occurrente, vel potius de Festo movili, et nihil de octava, prout Rubrica specialis praecipit in occurrentia Festi SSmi, Nominis Mariæ cum die octava Nativitatis Eiusdem?

tantum festum Corporis Christi; tertium Decretum vero, in duabus prioribus petitionibus, supponit utique Smum. Sacramentum expositum, sed rescipit vv. dicendos post Litanias aliasque preces, ante Hymnum SSmi. Sacramenti.

In omnibus his casib s prohibet S. R. C. v. *Dominus vobiscum*. Ast ad tertiam petitionem ultimi Decreti respondetur; semper standum esse Rituali Romano. Igitur quomvis in petitione 7 Decreti supra relati in *Vicentina* mentio fiat de Sacramento exposito, nihilominus responsio est generalis, omnesque casus amplectitur.

Et Sacra Rituum Congregatio, referente subscrip-  
to Secretario auditio voto Commissionis Liturgicæ,  
ita respondendum censuit:

Ad I: In anniversario Episcoporum prima Missa  
erit dicenda, cum unica Oratione propria, iuxta de-  
creta: n. **3213**, *Olomucen.*, 5 Martii 1870 ad V., et  
n. **3920**, diei 30 Junii 1896. Item in anniversario  
Episcoporum et Cononicorum. Pro anniversario au-  
tem Canonicorum unica dicenda est Oratio propria  
iuxta citatum decretum, n. **3920**, et quoad Missam  
detur decretum n. **2040**, *Urbis*, 3 Octobris 1699<sup>1</sup>.

Ad II: *Affirmative* ad primam partem, *Negative*  
ad secundam.

Atque ita rescripsit die 20 Augusti 1901.

D. Card. FERRATA, *Præf.*

† D. PACINI, *Archiep. Laodicen. Secret.*

L **XS.**

---

<sup>1</sup> Haec sunt verba Decreti **2040**: *Satis explicari in Rubrica Missalis Romani, in fine quartae Missæ pro defunctis.* Sed quid ibi dicit Rubrica? Hoc tantum, nempe quod *Epistola et Evangelium uuius Missæ dici possunt et in alia similiter pro defunctis.* Hoc est, cum in quatuor Missis pro defunctis, praeter Orationes, nihil habeatur, quod speciali modo aptetur circumstantiis, quibus inscribuntur, et, praeter Orationes, Epistolæ et Evangelia, omnia sint communia; imo ipsamet Epistola atque Evangelium unius Missæ optime alteri conveniat; retentis Orationibus specialibus, quaelibet earum dici poterit quotiescumque pro defunctis celebrare contigerit. Hinc pro anniversario Canonicorum, ad libitum una præ altera Missa sumi vallet, quod ceterum Decreto **2417**, in una *Ordinis Carmelitarum excalcarum provinciae Poloniae*, ad 8, cohaeret, quo edicitur: «Una vel altera Missa (ex quatuor in Missali pro defunctis assignatis) dicit poterit in sepultura cadaveris vel in anniversario pro sacerdote defunto, dummodo pro eo Ora-*tio: Deus, qui inter apostolicos sacerdotes, omnino adhibeatur (Die 29 Ianuarii 1752).*»

Sed opponi potest Decretum **3213**, ad V, in quo statuitur, in anniver-  
sario Canonicorum et aliorum, excepto anniversario Episcopi, legendam  
esse Missam *ut in anniversario defunctorum, et non ut in Missis quotidianis.*  
Sed hac dispositio Decreti repicit potius ordinem Missarum prouti prostant

## DISPOSICIONES LEGALES SOBRE LAS PROCESIONES

---

Es de sumo interés para los Párrocos saber si pueden celebrarse las Procesiones fuera del recinto de los templos sin el permiso de la autoridad administrativa (Alcalde ó Gobernador). Este punto se halla claramente resuelto por la ley vigente sobre *reuniones públicas* de 15 de Junio de 1880.

Declara esta ley, en su art. 1.<sup>º</sup>, que «el derecho de reunión pacífica que concede á los españoles el art. 13 de la Constitución puede ejercitarse por todos, sin más condición, cuando la reunión haya de ser pública, que la de dar los que la convoquen conocimiento escrito y firmado del objeto, sitio, día y hora de la reunion, veinticuatro horas antes, al Gobernador civil en las capitales de provincia, y á la autoridad local en las demás poblaciones».

Esta es la regla general, pero en el art. 7.<sup>º</sup> de la misma ley se dispone que no están sujetas á las anteriores disposiciones las *Procesiones del culto católico*, y como la ley no distingue, esta extensión, las comprende á todas, absolutamente á todas.

Puede darse el caso de que durante la Procesión alguien perturbe ó interrumpa su celebración. Este hecho se halla previsto y penado en el art. 240 del Código penal que dice: «Incurredrán en las penas de prisión correccional en sus grados medio y máximo (de dos años, cuatro meses y un día á seis años) y multa de 250 á 2.500 pesetas.... 2.<sup>º</sup> El que por los mismos medios (hechos, palabras, gesto ó amenazas) impidiere, perturbare ó interrumpiere la celebración de las funciones religiosas en el lugar destinado habitualmente á ellas, ó en cualquier otro en que se celebraren».

Algunos actos ejecutados en menoscabo de las Procesiones,

in Missali, ut excludere videatur rationem Missae quotidiana, quam non habet anniversarium: et minime opponitur dispositioni Rubricae in fine quartae Missae. Exceptis igitur Missis pro Summis Pontificibus et pro Episcopis, pro quibus statuitur prima, pro reliquis legenda venit regulatiter tertia, vel, si libeat, quaecumque alia, praeter Orationem, quae erit respective propria.

quizá no lleguen á ser apreciados como constitutivos del delito y penado en el art. 24º del Código penal, pero en este caso es seguro que caen, como faltas, bajo la sanción del artículo 586 que dice: «Serán castigados con la pena de arresto de uno á diez días y multa de 5 á 10 pesetas: I.º Los que perturbaran los actos de un culto ú ofendieren los sentimientos religiosos de los concurrentes á ellos de un modo no previsto en la sección tercera cap. II tit. II del libro II de este Código».

Múltiples sentencias del Tribunal Supremo han declarado en qué casos se comete esta falta. Rogamos á los católicos se fijen en las que vamos á citar.

Cométese esta falta al no descubrirse ante una Procesión ó ceremonia religiosa, demostrando en el modo y forma de hacerlo, no inadvertencia, sino deliberado propósito de ejecutar un acto de desprecio. (S. de 3 de Marzo de 1884 y 20 de Abril de 1885).

Cométese, asimismo, esta falta, ofendiendo el sentimiento religioso, el que no se descubre, amonestado antes, al pasar el Santo Viático (S. de 23 de Octubre de 1885, 2 de Julio y 17 de Junio de 1886), y quien no se descubre cuando pasa la Procesión del Santísimo *por delante del balcón de su casa*. (S. de 23 de Noviembre de 1885).

Es, también, conveniente saber á qué autoridad corresponde determinar la carrera que deben seguir las Procesiones. Sobre este particular dice un autor muy competente: «Es facultad propia y exclusiva de la Autoridad eclesiástica determinar la carrera de las Procesiones, pero cuando se haya de variar la acostumbrada y se trate de Procesiones á las que ordinariamente asiste Autoridad loc. l, la prudencia exige que los párrocos, antes de acordar la variación, pidan informe á la autoridad nombrada: con este informe se pone á salvo el perjuicio de los Párrocos, en los conflictos de orden público que puedan ocurrir con motivo de la variación de la carrera» (1).

Quedan expuestas las disposiciones administrativas sobre las

(1) Pellicer y Guiu.—Tratado teórico-práctico de derecho civil, procesal, penal y administrativo. Tomo II, pág. 406.

Procesiones, que conviene conozcan los católicos. En el caso de que los Gobernadores ó Alcaldes la desprecien ó infrinjan, se puede reclamar contra sus actos en forma, sin perjuicio de lo cual creemos que lo procedente es, ante todo, acudir al Prelado respectivo para consultarle el caso y pedirle permiso para formular la oportuna reclamación.

Con respecto de los delitos ó faltas que pueden cometerse con motivo de las Procesiones, procede su denuncia ante el Juzgado municipal ó el de instrucción.

B. E. DE TOLEDO.

---

## COMISIÓN DE CAPELLANÍAS

Y FUNDACIONES PIADOSAS DE LA DIÓCESIS DE ASTORGA

---

Esta Comisión, á fin de llevar á debido efecto el Convenio celebrado entre la Santa Sede y S. M. sobre Capellanías colativas y fundaciones piadosas, por el presente llama, y emplaza á todos los que se crean con algún derecho á la commutación de rentas de la Capellanía colativa familiar, titulada de Nuestra Señora de la Asunción de los Novais, en la parroquial de Sequeiros, vacante en la actualidad, por fallecimiento de su último Capellán, para que en el término de un mes, á contar desde esta fecha, se presentan ante la referida Comisión á instruir el expediente que marca el artículo 34 de la Instrucción para ejecutar el citado Convenio; apercibiéndoles que, pasado dicho plazo sin presentar las oportunas solicitudes debidamente documentadas, les parara el perjuicio, á que, en derecho haya lugar.—P. A. de la Comisión, INDALDIO FERNÁNDEZ DE CABO, Secretario.

---

Astorga - La Bañeza

Imp. y Lib. de la Viuda é Hijo de López, Rua antigua 5 y 7